



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 43. Legatorum propositiones ad Lotharingum, & Madrutium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

congruum sit decretum proponere tot Patribus eidem reluctantibus: verum Legati hunc Cardinalem tam gravi tædio, ac bile commotum compererunt, ut rem ultra urgere, haud consultum censerent, quocirca brevi ab eo recesserunt.

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

§. XLIII:

Legatorum propositiones ad Lotharingium, & Madrutium.

Alterâ die mane Legati ad Lotharingium decrevere Senogallensem Episcopum, Archiepiscopum autem Lancianensem ad Madrutium destinarunt, ut utrique hæc proponerent: „ in alios „ octo dies differetur decretum de „ præscribendo die certo Sessionis: in- „ terim vero referentur in generalem „ confessum sex Canones minime con- „ troversi, & Decreta doctrinæ illis re- „ spondentia, nec minus pariter pro- „ ponetur decretum de residentia a Car- „ dinale Lotharingio digestum, nec non al- „ terum a Legatis confectum, ut Patres, „ quod sibi melius videretur, comproba- „ rent. „ Verum hoc consilium duobus hisce Cardinalibus haud probabatur, quapropter Legati ipsos invitabant, ut die prima Februarii cum illis convenirent, una deliberaturi circa proxima-

Pallav. c. 16.
n. 5.

Sæc. XVI. mam Sessionem, cujus præfixa dies
A C 1563. jamjam imminebat.

§. XLIV.

*Lotharingii Cardinalis epistola ad
 Papam circa Institutionem Epif-
 coporum.*

Pallav. n. 8. Eadem die Lotharingius Cardinalis
 prolixam admodum epistolam ad
 Pontificem dedit, in qua enarrabat di-
 versitatem opinionum, in quas Synodi
 Patres scinderentur, non sine gravi, ac
 frequenti ipsius summi Pontificis mo-
 lestia: „ ego quidem, prosequebatur Car-
 „dinalis, de institutione Episcoporum
 „non possum salva Religione assentiri
 „illis, qui negant, Episcopos, & cum
 „illis omnes animarum Pastores esse
 „ullo modo Christi Vicarios, neque iis
 „annuo, qui affirmant, a Christo solum
 „Divum Petrum fuisse creatum Episco-
 „pum, a quo in reliquos Apostolos E-
 „piscopatus devenerit: porro in reli-
 „quis vix est inter Patres Concilii, qui
 „non convenit in ea Canonum, &
 „Decretorum forma, qua exigitur, ut
 „Episcopi, tam nunc viventes, quam
 „futuri, seu tacito, seu expresso Roma-
 „ni Pontificis consensu assumi debeant,
 „& obedientiam, quæ ab ipsis illi de-
 „betur, præstare teneantur adeo, ut eo-
 „rundem